

MISSÆ PROPRIÆ  
S A N C T O R V M,  
E T  
ALIARVM FESTIVITATVM  
ORDINIS CARMELITARVM,  
PRO FRATRIBVS DISCALCEATIS  
EIVSDEM ORDINIS,

A Sacra Rituum congregatione approbatæ;

Cum delectu Missarum de Comuni pro Sanctis  
proprias non habentibus.




A N T V E R P I Æ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam  
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.  
M. DC. XXI.

192001

192001

MISSE PROPRIE  
SANTORVM

ET  
ALIAM FESTIVITATVM  
ORDINIS CARMELITARVM  
PRO FRATRIBVS DISCALCIATIS  
EIVSDEM ORDINIS  
A sacra Rituum congregatione approbata



ANVERSIE  
EX OFFICINA MONTANIANA  
Apud Balhazicum Montem & Viduam  
Iohannis Moreti, & Io. Mentium.  
M. DC. XXI.

# KALENDARIVM.

## IANVARIVS.

- 14 De sanctissimo Nomine Iesu. Duplex S. C. pag. 5
- 19 Dionysij Papæ & confessi. Duplex. 7
- 22 Anastasij mart. Duplex. 7
- 23 Vincentij mart. Semidup. 7
- 28 Cyrilli Episcopi & confessi. Duplex. 8
- 29 Petri Thomæ Episcopi & mart. Duplex. 9
- 30 Andree Fesulani Episcopi & confessi. Duplex. 9

## FEBRVARIVS.

- 2 Purificatio B. Mariæ Virg. Dup. S. C. cum Oct. 9
- 11 Euphrosynæ virg. Dupl. 9
- 25 Auertani confessi. Dupl. 10

## MARTIVS.

- 6 Cyrilli Confessoris & Doct. Duplex. 10
- 13 Euphrasie virg. Dupl. 11
- 17 Gertrudis virg. Semidup. 11
- 19 Ioseph Conf. Patroni Congregationis nostræ. Duplex S. C. 11
- 20 Ioachim confessi. Dupl. 11
- 29 Bertholdi confessi. Dupl. 11

## APRILIS.

Prima Feria sexta post Octavam Paschæ non impe-

ditâ Festo nouem Lectio-  
num in proprio loco,  
Coronæ Domini. Dupl. 11  
Alberti Episcopi & confessi.  
Duplex. 12

## MAIVS.

Angeli mart. Dup. S. C. 12  
16 Simonis confessi. Duplex & commemor. Vbaldi Episcopi & confessi. 14

## IUNIVS.

14 Elisæi Prophetæ Patris nostri. Duplex S. C. cum Octaua. 14


## IVLIVS.

2 Visitatio B. Mariæ Virginis. Duplex S. C. cum Oct. & commemor. SS. Processi & Martiniani mart. in Missis priuaris tantum. 15  
16 Commemor. solemnissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo. Duplex P. C. cum Oct. 15  
20 Eliæ Prophetæ Patris nostri. Duplex P. C. cum Octaua. 17  
26 Annæ matris beatissimæ Virginis. Duplex & commemorat. Oct. 17

A 2

A V-

<b>AVGVSTVS.</b>		<i>cum Octaua.</i> 21
7	Alberti Confess. Dup. S. C. cum Oct. & commemorat. S. Donati Episcopi & mart. in Missis priuat. tantum. 19	Primā die non impedita Festo nouem Lectionū post Octauam B. Teresie, De sancto Angelo Custode. Duplex. 22
31	Dedicatio Ecclesiarum Ordinis nostri. Dupl. P. C. cum Octaua. 20	21 Hilarionis Abbatis. Duplex. commemor. SS. Vrsule & sociarum martyrum. 24
<b>SEPTEMBER.</b>		30 Serapionis Episcopi & confessoris. Duplex. 24
2	Brocardi confess. Duplex, commemor. Octaua Dedicacionis Ecclesie. 20	<b>NOVEMBER.</b>
24	Gerardi Episcopi & mart. Duplex. 20	21 Præsentatio B. Mariæ Virg. Duplex S. C. 24
29	Dedicatio S. Michaëlis Archangeli. Duplex S. C. cum Octaua. 20	<b>DECEMBER.</b>
<b>OCTOBER.</b>		8 Conceptio B. Mariæ Virginis. Duplex S. C. cum Octaua. 24
5	B. TERESIE virginis Martis nostræ. Duplex P. C.	14 Spiridonis Episcopi & confessoris. Duplex. commemoratio Octaua. 24



**MISSÆ PROPRIÆ**  
**SANCTORVM,**  
**ET**  
**ALIARVM FESTIVITATVM**  
**ORDINIS CARMELITARVM,**  
**PRO FRATRIBVS DISCALCEATIS**  
**EIVSDEM ORDINIS.**

FESTA IANVARII.

In festo sanctissimi Nominis IESV. Introitus.

Die xiiij. Phil. 1.



**I**N nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS in gloria est Dei Patris, alleluia. **Psalm.** Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! **v.** Gloria Patri.

Oratio.

**D**Eus, qui gloriosum & ineffabile nomen tuum, a sæculis absconditum, nobis in vnigenito Filio tuo manifestare dignatus es: quaesumus, vt sicut in ipso salutari

nomine IESV nos redemisti, ita & saluare digneris. Per eundem Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

**I**N diebus illis: Petrus Spiritu sancto replētus, dixit: Principes populi, & seniores, audite. Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est: notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël; quia in nomine Domini nostri IESV Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

**Graduale.** Saluos nos fac Dñe Deus noster, & cõgrega nos de nationibus: vt confiteamur nõmini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. *Ps.* Tu Dñe Pater noster, & Redemptor noster: à sæculo nomen tuũ. *Allelúa, allelúa.*

*Ps.* Exaltabo te Deus meus Rex: & benedicam nõmini tuo *IESV* in sæculum, & in sæculum sæculi. *Allelúa.*

**Post Septuagesimam, omisso Allelúa, & Versu sequenti, dicitur**

**Tractus.** Dñe Deus virtutum conuertere nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus: sonet vox tua in auribus meis. *Ps.* Vox enim tua dulcis, & facies tua decora nimis. *Ps.* Oleum effusum nomen tuum *IESV*: idẽ adolefcẽntulæ dilexerunt te. **Sequentia.**

**L**auda Sion Saluatoris *IESV* nomen, & amoris, Toto cordis iúbilo.

**N**omen sanctum nos amare Decet semper, & laudare Absque mentis núbilo.

**I**esv nomen potestatis, Atque æternæ maiestatis, Summi Patris bráchium.

**C**ælos fecit, terræ molem, *IESV* nomen, atque solem: Et cælestẽ gaudium.

**A**ngelõrum ingens cœtus, Protoplástesque perfectus Fuit *IESV* nõmine.

**V**t aquarum magni fontes Sunt immissi super montes Iusto rerum ordine.

**I**n Ægypto fecit signa

*IESV* nomen: & maligna Pérdidit prodigia.

**S**cisso pélago, transiit Israëlem, & demersit Hóstiũ insignia.

**H**uius nõminis virtute Superbõrum sunt destrúctæ Dæmonum potẽtiæ.

**S**imuláchra idolõrum Sunt euersa: tyrannõrum Fractæ violẽtiæ.

**I**esv nomen figuratum, Vehemẽter expectatum Patrum desiderio.

**R**euelatum nobis quidem Dedit spem, amõrem, fidem, Máximo mysterio.

**N**omen ergo hoc amandum Toto corde, & adorandum Omni reuerẽtia.

**I**n aduersis nomen sanctum Inuocetur: *IESV* tantum Aderit præsentia.

**P**ræsentia Deitatis, Et totius bonitatis, Dulcis *IESVS* áderit.

**F**ugat morbos & liuõres, Sed & animi languõres, *IESVS* ubi uenit.

**V**eni *IESV* nomen dulce, Et te cordi nostro pone Nobile signaculum. Amen.

**A**llelúa. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, vt circum-

*Psal.* 105.

*Psal.* 144.

*Psal.* 79.

*Cant.*

*Cant.*

circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus; quod uocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. **Credo.**

**Offertorium.** **C**onfitebor tibi Dõmine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum: quoniam tu Dõmine suauis & mitis, & multæ misericordie omnibus inuocantibus te, allelúa.

**Secreta.** **B**enedictio tua, clementissime Deus, qua omnis uiget creatura, sanctificet, quæsumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad gloriam nõminis filij tui Dõmini nostri Iesu Christi offerimus tibi: vt maiestati tuæ placere possit ad laudem, & nobis proficere ad salutem. Per eundem Dõminum.

**Prefatio de Natiuitate.**

**Communio.** Omnes gentes quascumque fecisti, uenient, & adorabunt coram te Dõmine, & glorificabunt nomen tuum: quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus, allelúa.

**Postcommunio.** **O**mnipotens æternæ Deus, qui creasti & redemisti nos, respice propitius uota nostra: & sacrificium salutaris hostiæ, quod in honorem nõminis filij tui Dõmini nostri Iesu Christi maiestati tuæ obtulimus, placido & benigno uultu suscipere digneris: vt gratia tua nobis infusa, sub glo-

rioso nõmine Iesu, æternæ prædestinationis titulo, gaudeamus nomina nostra scripta esse in cælis. Per eundem Dõminum nostrum.

**In festo S. DIONYSII Papæ & confess. Missa.** Statuit ei Dõminus. **Oratio.** Da, quæsumus, vt in **Communi Confess. Pontif.**

**In festo S. ANASTASII martyris, Missa.** In uirtute tua. **Oratio.** Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati. **vt in Communi unius Martyris non Pontif. Euangelium.** Si quis uenit ad me

**In festo S. VINCENTII martyris, Missa.** Latâbitur iustus. **de Communi unius Martyris non Pontif. Oratio.**

**A**d esto Dõmine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati martyris tui Vincentij intercessiõne liberemur. Per Dõminum nostrum.

**Euangelium.** Si quis uult uenire post me. **vt in Communi unius Mart. Pontif. Secreta.** **M**uñera tibi, Dõmine, nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuõrum tibi grata sint honore iustõrum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dõminum nostrum.

*Psal.* 85.

*Ibid.*

*Die* xxix.

*Die* xxx.

*Die* xxxij.

Postcommunio.

Quesumus omnipotes Deus: vt qui caelestia alimenta percipimus, intercedente beato martyre tuo Vincentio, per haec contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum.

Die xxviiij

In festo S. CYRILLI Episcopi Alexandrini Confess. & Doctoris. Introitus.

Eccles. 15



N medio Ecclesiae aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiae, & intellectus.

Psal. 91.

Stolam gloriae induit eum. Psal. Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. Gloria Patri.

Oratio.

Ecclesiam tuam, Domine, beati Cyrilli Confessoris tui atque Pontificis meritis benignus illustra: vt in fide tui nominis perseverans, ad aeternae gloriae transeat visionem. Per Dominum nostrum.

Et sit commemoratio S. Agnetis.

Sap. 7

Lectio libri Sapientiae. Praui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiae: & praeposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem pretiosum: quonia omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu

illius. Super saltem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidia comunico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinae dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & praesumere digna horu, quae mihi dantur: quoniam ipse sapientiae dux est, & sapientium emendator.

Graduale. Sacerdotes eius in-

duam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Alleluia, alleluia. Iurauit Dominus, & non penitebit eum: tu es Sacerdos in aeternum. Alleluia.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & Versu sequenti, dicitur

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectoru benedicetur. Gloria & diuitiae in domo eius: & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

Sequen-

Mat. 5 b

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terra. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quonia veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non prateribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno caelorum. Credo.

Psal. 91.

Offertorium. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Sancti Pontificis tui Cyrilli nobis, Domine, pia non desit oratio: quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indul-

gentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Vt nobis, Domine, tua sacrificia dent salute: beatus Cyrillus Pontifex tuus, & Doctor egregius, quaesumus, precator accedat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Die xxxij.

In festo S. PETRI THOMAE Episcopi & mart. Missa. Statuit ei. Oratio. Infirmiorem.

Die xxx.

In festo S. ANDREAE FSVLANI Episcopi & confess. Missa. Statuit ei. Oratio. Da, quaesumus, de Communi Confessoris Pontif.

FESTA FEBRVARII.

Die ij.

In festo Purificationis B. MARIAE Virginis, Missa. Suscepimus Deus. vt in Missali. Infra Octauam, secunda Oratio de Spiritu sancto: tertia, Ecclesiae, vel pro Papa.

Die xi.

In festo S. EUPHROSYNAE Virginis, Missa. Dilexisti iustitiam. Oratio. Exaudi nos Deus. de Communi Virginum.

Die xxv.

In festo S. AVERTANI Confess. Missa. Os iusti. Oratio. Deus, qui nos. de Comuni Confess. non Pontif.

FESTA MARTII.

Die vi.

In festo S. CYRILLI Confess. & Doctoris. Introitus.

Ecclesi.

In medio Ecclesie aperuit os eius: & impluit eum Dominus spiritu sapientie, & intellectus:

Psal.

stolam glorie induit eum. Psalm. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime. Gloria Patri. Oratio.

Ecclesiam tuam, Deus, beati Cyrilli Confessoris tui sollemnitas votiva letificet: ut spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur eternis. Per Dominum nostrum.

LECTIO Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Ephes.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Vnicuique autem nostrum data est gratia, secundum mensuram donatio-

nis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in mensuram gratiae plenitudinis Christi.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volens nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiae in domo eius: & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

Euangelium. Vos estis sal terrae, ut supra in festo sancti Cyrilli.

Et dicitur Credo. Iustus, ut palma florabit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur.

Secreta.

Secreta.

Die xii.

Oblatis, quaesumus Domine, placare muneribus: & intercedente beato Cyrillo confessore tuo atque Doctore, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum.

Lucas.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Perceptis, Domine Deus noster, salutaribus sacramentis, humiliter deprecamur: ut quae beatus Cyrillus confessor tuus, & Doctor egregius docuit in terris, consequi mereamur in caelis. Per Dominum nostrum.

Die xiiij.

In festo S. EUPHRASIAE virginis, Missa. Dilexisti iustitiam. Oratio. Exaudi nos Deus, de Comuni Virginum.

Die xvij.

In festo S. GERTRUDIS virginis, Missa. Dilexisti iustitiam. Oratio. Exaudi nos Deus, de Comuni Virginum.

Die xx.

In festo S. IOACHIM patris B. Virginis, Missa. Os iusti. Oratio. Deus, qui nos. de Comuni Confess. non Pontif.

Die xxix.

In festo S. BERTHOLDI Confessoris, Missa. Iustus ut palma. Oratio. Adesto Domine, de Comuni Confess. non Pontif.

FESTA APRILIS.

Prima Feria sexta post Octauam Paschae non impedita Festo nomine Lectionum, de Corona Domini. In festo CORONAE Domini. Introitus.



Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Coronae Domini, de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei, alleluia, alleluia. Psalm. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Gloria Patri.

Oratio. Resta quaesumus, omnipotens Deus: ut qui in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi Coronam eius spinicam veneramur in terris, ab eodem gloria & honore coronari mereamur in caelis. Qui tecum viuunt.

LECTIO libri Sapientiae.

Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi: vnicuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Ierusalem. Egredimini, & videte filiae Sion

Sion Regem Salomōnem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

**A**llelúia, allelúia. *Ps.* Coróna aurea super caput eius expressa signo sanctitatis, glória honoris, & opus fortitudinis. Allelúia. *Ps.* Tibi glória Hofanna; tibi triumpus, & victória, tibi summæ laudis, & honoris coróna. Allelúia.

Sequencia sancti Euangélj secundum Ioannem.

**I**n illo tempore: Apprehendit Pilátus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes corónam de spinis imposuerunt capiti eius: & veste purpúrea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue Rex Iudæorum: & dabant ei álapas. Exiit ergo iterum Pilátus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Exiit ergo Iesus portans corónam spineam, & purpúream vestimentum. *Credo.*

**Offertorium.** *L*auda Ierúsalem Dóminum, quia dabit tibi corónam pro cinere, & eris coróna glóriæ in manu Dei tui, allelúia. *Secreta.*

**T**vorum militum, Rex omnipotens, virtutem corrobora; vt quos in huius mortalitatis stádio vnigeniti Filij tui Coróna lætificat, consummato cursu certaminis, immortalitatis, per hæc

quæ offerimus, brauium apprehendant. Per eundem Dóminum.

**Prefatio.** Qui salutem humani generis.

**Communio.** *L*ætare mater nostra, quia dabit Dóminus capiti tuo augmenta gratiarum, & coróna inclyta proteget te, allelúia.

**Postcommunio.**

**S**upplices te rogamus, omnipotens Deus: vt hæc sacramenta quæ sumpsimus, per sanctam Filij tui Corónam, cuius solémnia recensemus, ad virtutem nobis proficiant, & salutem. Per eundem Dóminum.

**In festo S. ALBERTI Patriarchæ Ierosolymitani, Missa. S**tatuit ei. **Oratio.** *D*eus, quesumus, de Comuni Confess. Pontif.

FESTA MAII

**In festo S. ANGELI mart.** *Introitus.*

**R**otexisti me Deus à conuentu malignatum, allelúia: à multitudinem operatum iniquitatem, allelúia, allelúia. *Psalmus.* **E**xaudi Deus orationem meam, cum deprecor: à timóre inimici eripe animam meam. *Ps.* Glória Patri. **Oratio.**

**P**lebs tua te, Dómine, beati Angeli sacerdotis & mártiris tui glorificatione sanctificet, & eodem

*Ecdl.*  
*45.*

*Ioan.*  
*19.*

*Psal.*  
*147.*  
*Isa. 61.*  
*62.*

*Psalm.*

*Die*  
*vij.*

*Die*  
*vij.*

*Ps. 63.*

*ibid.*

eodem intercedente te mereatur habere rectorem. Per Dóminum.

**Lectio** Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

**C**harissime. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus: vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone non coronatur, nisi legitime certauerit, laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dóminus in omnibus intellectum. Memor esto Dóminum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangélium meum, in quo laboro vique ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum glória cælesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propòsitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: quæ mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patiuntur.

**A**llelúia, allelúia. *Ps.* Constabuntur cæli mirabilia tua Dómine: etenim veritatem tuam in ecclesia Sancto-

rum. Allelúia. *Ps.* Posuisti Dómine super caput eius corónam de lapide pretioso. Allelúia.

Sequencia sancti Euangélj secundum Ioannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras, sicut palmes, & ardescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcúmque volueritis, petetis, & fiet vobis.

**Offertorium.** Constabuntur cæli mirabilia tua Dómine, & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, allelúia, allelúia. *Secreta.*

**H**ostias tibi, Dómine, beati Angeli mártiris tui dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue pro-

uenire

*Ps. 20.*

*Ioan.*  
*15.*

*Ps. 88.*

uenire subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Ps. 63.** **Communio.** **L**etabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. **Postcommunio.**

**R**efecti participatione muneris facti, quaesumus Domine Deus noster, ut intercedente beato Angelo martyre tuo, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat.

**Die xxv.** **In festo S. SIMONIS Confess.** **Missa.** **O**s iusti. **Oratio.** **D**eus, qui nos. **de Communi Confess. non Pontif. & fit commem. S. Vbaldi Episc. & confessi.**

FESTA IVNII.

**Die xxiiij.** **In festo S. ELISAEI Prophetae.** **Introitus.**

**4 Reg. 2.** **R**equieuit spiritus Eliae super Eliseum, & uenientes filij Prophetarum in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram.

**Psalm. V**oce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum, & intendit mihi. **V.** Gloria Patri.

**Oratio.** **O**mnipotens sempiternus Deus, qui in electis Prophetis mirabilis praedicaris, praesta quaesumus

mus: ut sicut Eliae spiritum in Propheta tuo Eliseo compleuisti, ita in nobis Spiritus sancti gratiam ad virtutum opera exercenda multiplicare digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat in unitate.

**Lectio libri Sapientiae.**

**B**eati sunt, qui te uiderunt, & in amicitia tua decorati sunt. **48.** **E**cce. **B**eati sunt, qui te uiderunt, & in amicitia tua decorati sunt. nam nos uita uiuimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum: Eliae quidem in turbine reclusus est, & in Eliseo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit Principem, & potentia nemo uicit illum. nec superauit illum uerbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In uita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

**Tractus.** **S**icut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum. **V.** Beatus uir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur, cum loquatur inimicis suis in porta. **A**lleluia, alleluia. **V.** Sanatae sunt aquae usque in diem hanc iuxta uerbum Elisei. **Alleluia.** **4 Reg. 2.**

**Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus Phariseis. Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum. **Quanta audiui-**

mus

mus facta in Capharnaum: facta & hic in patria tua. Ait autem. Amen dico uobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. In ueritate dico uobis: multae uiduae erant in diebus Eliae in Israel, quando clausum est caelum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniae, ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. **C**redo.

**4 Reg. 2.** **Offertorium.** **O** bsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus. **R**espondit Eliae, si uideris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes; ut eandem pro nobis Prophetico interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**4 Reg. 13.** **Communio.** **T**etigit cadauer ossa Elisei, & reuixit homo, & stetit super pedes suos, alleluia.

**Postcommunio.**

**P**urificet nos semper tui perceptio Sacramenti, & intercessione beati Elisei Prophetae tui, mereamur gaudijs caelestibus ab-

undare. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**I**ntra Octauam, secunda Oratio de beata Maria, tertia Ecclesiae, vel pro Papa, nisi de Sanctis facienda sit commemoratio; quia tunc secunda de Sanctis, tertia de B. Maria.

FESTA IULII.

**Die xxij.** **In festo VISITATIONIS B. MARIAE Virginis, Missa.** **S**aluae sancta parens, ut in Missali, & fit commemorat. **SS. Processi & Martiniani martyrum, in Missis priuatis tantum.**

**I**ntra Octauam, post Octauam Apostolorum, secunda Oratio de Spiritu sancto, tertia Ecclesiae, vel pro Papa.

COMMEMORATIO SOLEMNIS B. VIRG. MARIAE.

**Introitus.**

**G**raue audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatae Mariae Virginis, de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. **Psalm. E**reptaui cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea Regi. **V.** Gloria Patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatissimae semper Virginis & Genitricis tuae

Mariae,



María, singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti, concède propitius: vt cuius hodie commemoratiōem solēni celebrāmus officio, eius muniti præsidijs ad gaudia sempiterna peruenire mereāmur. Qui viuus.

Lectio libri Sapiētiæ.

**E**go quasi vitis fructificāui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectiōnis, & timōris, & agnitiōnis, & sanctæ spei. In me grātia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generatiōibus meis implemini: sp̄ritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Memōria mea in generatiōes sæculorum, Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es Virgo Maria: quæ sine tactu pudoris, inuenta es mater Saluatoris.

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Allelūia, allelūia.

Felix es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ. Allelūia.

Sequentia sancti Euāgeliij secundum Ioānnem.

**I**n illo tempore: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

**Credo.** Offertorium. Adducuntur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione, allelūia.

**Secreta.**

**S**anctifica Domine, quæsumus, oblata sacrificia, & beatæ Dei Genitricis Mariæ gloriosa intercessiōe nobis salutaria fore concède. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuuit & regnat in vnitāte Sp̄ritus sancti Deus.

**Præfatio de S. Maria.** Et te in Commemoratiōe.

**Communio.** Pœta viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium, allelūia.

**Postcommunio.**

**A**diuet nos, quæsumus Domine, gloriosæ tuæ Genitricis semperque Virginis Mariæ intercessiō veneranda: vt quos perpētuis cumulauit beneficijs, à cunctis

cunctis periculis absolutos tua faciāt pietate concordes. Qui viuus.

**Infra Octauam, secunda Oratio de Spiritu sancto: tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa, nisi de Sanctis faciēda sit commemor. quia tunc secunda de Sanctis, tertia de Spiritu sancto.**

**I N F E S T O**

**S. ELIÆ Prophetæ Patris nostri. Introitus.**

**E**cce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.

**Psal. 66.** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Gloria Patri.

**Oratio.**

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beatum Eliam Prophetam tuum igneo curru mirabiliter eleuatum esse credimus, eodem interueniente ad cælestia subleuemur, & Sanctorum tuorum consortio gaudeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuuit & regnat in vnitāte Sp̄ritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

**Nulla fit commemoratio etiam in Missis priuatis.**

Lectio libri Sapiētiæ.

**S**urrexit Elias Propheta quasi ignis: & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, & irritantes illum inuidia sua pauci facti sunt; non enim poterant sustinere præcepta Domini. Verbo Dñi continuit cælum, & deiecit de cælo ignem ter. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti faciliè potētiā ipsorum, & gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. Qui vngis reges ad penitentiā, & Prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui scriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini: conciliare cor patris ad filium, & restitueretribus Iacob.

**Graduale.** Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatem timēntium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos. Allelūia, allelūia.

Domine Deus ostēde hodie, quia tu es Deus Israël, & ego seruus tuus: & cecidit ignis Domini, & vorauit holocaustum. Allelūia.

B Sequentia

Sequentia sancti Euangelij  
secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & resurgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses, & Elias, visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Praeceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum Tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliae: nesciens quid diceret. Hac autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret vox: inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quae viderant. **Credo.**

**Offertorium.** Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursus orauit: & caelum de-

dit pluiam, & terra dedit fructum suum, alleluia. **Secreta.**

**O**fferimus tibi, Domine, hostiam laudis in honore sancti Eliae Prophetae tui: & sicut tu holocausto illius adiuisti, ita sacrificium nostrum acceptare digneris; ut per illud ad aeternam peruenire mereamur laetitiam. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Communio.** Comedit Elias, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei, alleluia.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui per sanctum Angelum beato Eliae Prophetae tuo cibum & potum tribuisti; ipso interueniente concede: ut quae de caelesti mensa percipimus, sinceris mentibus illibata seruemus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**¶ Infra Octauam S. Eliae dicitur Missa, ut in die: secunda Oratio de Festo Simplicii, tertia, Concede. de B. Virgine.**

**¶ In festis S. Mariae Magdalenae, S. Apollinaris, & S. Annae fit commemoratio de Octaua, & dicitur Credo.**

**¶ In Vigilia S. IACOBI, Missa de Vigilia, sine Gloria, sed dicitur Credo. commemoratio Octauae, & sanctae Christinae.**

**¶ In**

**¶ In festo S. IACOBI nihil fit de Octaua, sed commemorat. tantum S. Christophori in Missis priuatis.**

FESTA AVGVSTI.

**In festo S. ALBERTI Confess.**  
**Introitus.**

**O**S iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

**Psalm.** Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. **¶ Gloria Patri.** **Oratio.**

**D**eus, qui beatum Albertum Confessorem tuum, ad sanctae Genitricis tuae Ordinem vocare dignatus es; tribue quaesumus: ut eius meritis & exemplis digne tibi seruiamus, & aeternis cum ipso bonis perfruamur. Qui viuus & regnas.

**¶ In Missis priuatis fit commemoratio sancti Donati Episcopi & mart.**

**Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Timotheum.**

**C**harissime. Est quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt

in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua, quae mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, haec fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aeternam.

**Graduale.** Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **¶** Ad annuntiandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **A**lleluia, alleluia.

**¶** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij  
secundum Matthaeum.

**I**N illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut

B 2

filios,

filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. **C**redo.

**Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, quaesumus Domine, beati Alberti Confessoris tui dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit & regnat.

**Communio.** Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui Filium tuum, vt dignem mitteret in terram, venire fecisti: concede propitius, eos nos vehementer accendi, qui beatum Albertum confessorum tuum ad tibi feruendum iugiter inflammavit. Per eundem Dominum nostrum.

**Missa de Vigilia S. Laurentij.** Secunda Oratio de Octaua, & tertia S. Romani mart. sine Gloria. sed dicitur Credo.

**Missa de S. Laurentio.** Nulla fit commemoratio de Octaua. dicitur tamen Credo, ratione Octa-

uae S. Alberti. quod in sequentibus diebus obseruatur, in quibus Missa erit de Octaua S. Laurentij, secunda Oratio de Octaua S. Alberti, tertia de Simplici occurrere.

**Missa de Oct. S. Alberti.** Commemoratio S. Laurentij, Vigilia Assumptionis, & S. Eusebij. & in fine legitur Euangelium Vigiliae.

**DEDICATIO**

**Ecclesiarum Ordinis nostri.** Missa. Terribilis est locus iste. vt in Communi Dedicat. Eccles.

**FESTA SEPTEMBRIS.**

**In festo S. BROCARDI Confess.** Missa. Os iusti. Oratio. Deus, qui nos. de Communi Confess. non Pontif.

**In festo S. GERARDI Episcopi & mart.** Missa. Statuit ei Dominus. Oratio. Infirmis. de Communi vnus Mart. Pontif.

**In festo Dedicationis S. MICHAELIS Archangeli,** Missa. Benedicite Dominum. vt in Missali. Infra Octauam, secunda Oratio de B. Virgine. tertia, Ecclesiae. vel pro Papa, nisi facienda sit commemoratio de Sanctis: quia tunc secunda de Sanctis, tertia de beata Virgine.

I N

**IN F E S T O**  
**B. VIRG. TERESIAE**  
**MATRIS NOSTRAE.**

**Introitus.**



**V**ltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius adducuntur tibi in letitia & exultatione. **Psalms.** Erucauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. **Gloria Patri.**

**Oratio.**

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beata TERESIAE virginis tuae & Matris nostrae festiuitate gaudemus: ita pia deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

**Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios.**

**R**atres. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Vtinam sustineretis modicum quid insipientiae meae: sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei aemulatione. Respondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

**Graduale.** Concupiuit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. **Audi filia, & vide,**

& inclina aurem tuam. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Haec est virgo sapientis, & vna de numero prudentum, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum caelorum decem virginibus: quae accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae, & quinque prudentes. Sed quinque fatuae, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surtexerunt omnes virginibus illae, & ornauerunt lampades suas. Fatuae autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quae paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reliquae virginibus, dicentes. Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait.

B 3

Amen

Amen dico vobis, nescio vos. Vigilare itaque, quia nescitis diem, neque horam. **Credo.**

**Offertorium.** Affèrentur Regi virgines post eam: proxima eius affèrentur tibi in læticia & exultatione: adducéntur in templum Regi Dómino.

**Secreta.**

**A**ccépta tibi sit, Dómine, sacrata plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se méritis de tribulatione percépisse cognóscit auxilium. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Simile est regnum cælorum hómini negotiatóri quærénti bonas margaritas: inuénita autem vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam.

**Postcommunio.**

**S**atiasti, Dómine, familiam tuam munéribus facris: beata virginis Teresie Matris nostræ, quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum.

**I**ntra Octauam, secunda Oratio de B. Virgine, tertia Ecclesie, vel pro Papa, nisi faciendâ sit commemoratio de Sanctis, quæ tunc secunda de Sanctis, tertia de B. Virgine.

**I**primâ diem non impedita Festo adueniunt Ilectionum post Octauam. B. Teresie fit de S. Angelo Custode.

**In festo S. ANGELI, CUSTODIS. Introitus.**



**D**orate Dóminum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermónis eius. **Psal. B.** benedic ánima mea Dómino: & omnia, quæ intra me sunt, nómini sancto eius. **Y.** Glória Patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui ineffabili prouidentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignáris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Exodi.**

**H**ec dicit Dóminus Deus. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem parauit. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus meus.

**Graduale.** Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. **Y.** In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. **Alleluia, alleluia.**

**Y. Bene-**

**Y.** Benedicite Dómino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. **Alleluia.**

**Post Septuagesimam.**

**Graduale.** Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. **Y.** In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. **Alleluia.**

**Tractus.** Benedicite Dóminum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. **Y.** Benedicite Dómino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. **Y.** Benedicite Dómino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic ánima mea Dómino.

Sequencia sancti Euangelij secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Quis, putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vt mundo a scandalis. Necesse est enim, vt veniant scandala: verumtamen vti hómini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscide eum, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et, si oculus tuus scandalizat te: erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.

**Credo.**

**Offertorium.** A dorate Dóminum omnes Angeli eius: ministri eius facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermónis eius. **Secreta.**

**S**uscipe Dómine múnera, quæ pro sanctorum Angelorum tuorum veneratione deferimus: & concede propitius, vt perpetuis eorum præsidijs, a præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Benedicite omnes Angeli Dómini Dóminum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula.

**Postcommunio.**  
**S**umpsumus, Dñe, diuina mysteria, sanctorum Angelorum tuorum festiuitate letantes: quaesumus, vt eorum protectione ab hostium iugiter liberemur insidiis, & contra omnia aduersa, sua semper protectione muniamur. Per Dominum.

Die  
xxv.

**In festo S. HILARIONIS** Abbatis, Missa. O s iusti. Orat. Intercessio. vt in Communi Confess. non Pontif. pro Abbatibus. commemor. SS. Ursulae & sociarum martyrum.

Die  
xxx.

**In festo S. SERAPIONIS** Episcopi & confess. Missa. Statuit ei Dominus. Oratio. Da, quaesumus. vt in Communi Confess. Pontif.

## FESTA NOUEMBRIS.

Die  
xxv.

**In festo PRAESENTATIONIS B. MARIAE** Virginis. Omnia vt in Missali.

## FESTA DECEMBRIS.

Die  
xv.

**In festo CONCEPTIONIS B. MARIAE** Virginis, Missa. Salue sancta parens. vt in Missali.

**Intra Octauam, secunda Oratio de Feria Aduentus, tertia de Spiritu sancto; nisi facienda sit**

commemoratio de Sanctis, quia tunc tertia erit de Sanctis.

**In festo S. SPIRIDONIS** Episcopi & confess. Missa. Statuit ei Dominus. Oratio. Da, quaesumus. de Communi Confess. Pontif. Et sit commemorat. Octaua Conceptionis.

**In Commemoratione sanctissimi SACRAMENTI** fieri solita Feriis quintis vacantibus, Missa. Cibauit eos. vt in Votiuo sanctissimi Sacramenti. secunda Oratio de S. Maria, Concède nos. tertia, Ecclesiae. vel pro Papa.

**In Commemorat. B. Mariae** Virginis quae fit per singulas Hebdomadas, Missa votiuo eiusdem beatissimae Virginis pro temporum diuersitate.

**ORATIONES** in Professione, vel renouatione Professionis ad libitum Sacerdotis dicendae. Oratio.

**D**eus, qui nos à saeculi vanitate conuersos ad brauium supernae uocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perseueremus, infunde: vt protectionis tuae muniti praesidiis, quod te donante promissimus, impleamus; & no-

stra

stra professionis executores effecti, ad ea quae perseuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Dominum nostrum.

Secreta.

**T**ibi, Domine Deus noster, hostiam immolates, humiliter petimus: vt nos sacrificium tuum mortificatione uitae carnalis accipias, ac moribus, quibus professioni nostrae congruamus, instituas; & quos sanctae compunctionis ardore, ab hominum ceterorum proposito separasti, etiam à conuersatione carnali, & immunditia terrenorum actuum, infusa nobis caelitus sanctitate defendas. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

**D**eus, qui renuntiantibus saeculo mansiones praeparas in caelo: dilata corda nostra caelestibus bonis, vt fraternam teneamus compagine charitatis vnanimis: praecipua custodiamus sobrijs, simplices, & quieti, gratis nobis datam nostrae professionis gratiam fuisse cognoscamus, concordet uita nostra cum nomine, professioque sentiatur in opere. Per Dominum nostrum.

**In iuxta nostrae Constitutionis praescriptum, tribus annis temporibus fieri debeat commemoratio pro Defunctis, ita vt singulis illorum trium temporum**

reciteretur triplex Officium integrum Defunctorum; & etiam tres Missae cantari debeant: Orationes infra assignatae in singulis Missis respectiue dicantur.

## IN TERNARIIS PRO DEFUNCTIS.

Missa. Requiem aeternam. vt in Missis quotidianis pro Defunctis. Orationes uero, vt infra.

## IN PRIMO TERNARIO inter Octauam Epiphaniae &amp; festum Purificationis.

Oratio.

**I**nclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animas famulorum tuorum, quas de hoc saeculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas; & Sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per Dominum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus, Oratio.

**D**eus ueniae largitor, & humanae salutis amator: quaesumus clementiam tuam, vt nostrae Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt; beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium peruenire concedas.

B 5

Pro

**Pro fidelibus Defunctis, Oratio.**

**F**idelium, Deus, omnium conditor & redemptor: animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui uiuis & regnas cum Deo Patre.

**Secreta.**

**A**nue nobis, quaesumus Domine, ut animabus famulorum tuorum haec profit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum.

**Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus, Secreta.**

**D**eus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrae: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem; per haec sacramenta salutis nostrae, cunctorum remissionem tribue peccatorum.

**Pro fidelibus Defunctis, Secreta.**

**H**ostias, quaesumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: ut quibus fidei Christiana meritum contulisti, dones & praemium. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**A**bsolue, quaesumus Domine, animas famulorum tuorum ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Dominum nostrum.

**Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus, Postcommunio.**

**P**raesta quaesumus omnipotens & misericors Deus: ut animae fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae obtulimus maiestati; per huius virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem.

**Pro fidelibus Defunctis, Postcommunio.**

**A**nimabus, quaesumus Dñe, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: ut eas & a peccatis omnibus exuas, & tuae redemptionis facias esse participes. Qui uiuis & regnas cum Deo Patre.

**IN SECUNDO TERNARIO inter Octauam Paschae, & Ascensionem Domini.**

**Pro patre & matre, Oratio.**

**D**eus, qui nos patrem & matrem honorare praecipisti: miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque pec-

cata

cata dimitte, nosque eos in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

**Pro his qui in coemeterio requiescunt, Oratio.**

**D**eus, cuius miseratione animae fidelium requiescunt: famulis & famulabus tuis, & omnibus hic & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laetentur.

**Pro fidelibus Defunctis, Oratio.**

**Fidelium Deus, &c. ut supra.**

**Pro patre & matre, Secreta.**

**S**uscipe sacrificium, Domine, quod tibi pro animabus parentum nostrorum offerimus: eiusque gaudium sempiternum in regione uiuorum concede: nosque cum illis felicitati Sanctorum coniunge. Per Dominum.

**Pro his qui in coemeterio requiescunt, Secreta.**

**P**ro animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium Catholicorum, hic & ubique in Christo dormientium, hostiam, Domine, suscipe benignus oblatam: ut hoc sacrificio singulari, vinculis horrendae mortis exuti, vitam mereantur aeternam.

**Pro fidelibus Defunctis, Secreta.**

**Hostias, quaesumus Domine, &c. ut supra.**

**Pro patre & matre, Postcommunio.**

**C**aelestis participatio Sacramenti, quaesumus Domine, animabus parentum nostrorum requiem & lucem obtineat perpetuam: nosque cum illis gratia tua coronet aeterna. Per Dominum nostrum.

**Pro his qui in coemeterio requiescunt, Postcommunio.**

**D**eus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus tuis, quorum corpora hic & ubique in Christo requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

**Pro fidelibus Defunctis, Postcommunio.** Animabus, quaesumus Domine.

**IN TERTIO TERNARIO inter Octauam S. Michaelis, & festum omnium Sanctorum.**

**Oratio.** Deus, cuius misericordiae, &c.

**Oratio.** Deus, cuius misericordiae, &c.

**Oratio.** Fidelium Deus omnium, &c. Secreta.

**Deus, cuius misericordiae, &c.**

**Pro animabus famulorum, &c.**

**Hostias, quaesumus Domine, &c.**

**Postcommuniones.**

**Praesta quaesumus, &c.**

**Deus, fidelium lumen, &c.**

**Animabus, quaesumus Domine, &c.**

ORA-

**O R A T I O N E S**  
apponenda in Missa pro im-  
positione veli Sanctimo-  
nialis. Oratio.



Vesumus Dómine Deus  
omnípotens, fámulam  
tuam placábili pietate  
respice, & cor eius tui amóris igne  
succende: vt tibi toto corde deuó-  
ta, & à præséntibus aduersitatibus  
liberétur, & optátis gaudeat pro-

spéritéibus aetérnis. Per Dómi-  
num nostrum. **Secreta.**

**C**æléstem medicinam, quæ-  
sumus Dómine, præbeant fá-  
mula tuæ hæc mystéria: & vítia  
cordis eius expúrgent. Per Dómi-  
num nostrum. **Postcommunio.**

**A**viliare, Dñe quæsumus, fá-  
mula tuæ: vt corpore pijs  
actiónibus inténta, donis gratiæ  
tuæ perfruatur. Per Dóminum.

I. Card. Perronius.

**M**issas suprascriptas proprias Sanctórum Ordinis Carmelitanorum, ad instan-  
tiam Fratrum eiusdem Ordinis reformatórum, quos Discalceatos vocant,  
qui Breuiarium Romanum acceptauerunt, ad usum Missalis Pontificij reforma-  
tas, & Sacra Rituum Congregationi præséntatas, de mandato eiusdem Sacrae  
Congregationis diligenter reuísas, & subscriptas ab Illustríssimo & Reueren-  
díssimo D. Cardinali de Perron, eadem Sacra Rituum Congregatio approba-  
uit; & vt prædictæ Missæ à dictis Fratribus Carmelitanis reformatis liberè &  
licité recitari & celebrari possint, ac etiam pro maiori commoditate imprimi,  
licentiam & facultatem dedit, & concessit. Die III. Septemb. M. DC. V.

Dominicus Episc. Portuen. Card. Pinellus.

Locus  sigilli.

I. P. Mucantius Secret. Congreg.

Aduertendum est, Sacram Congregationem nihil ordinasse de Missis, quæ de Com-  
muni sumuntur, sed ab ipsis Communibus iuxta Rubricas Missalis Romani pro  
uni formitate fuisse delectas.

Imprimantur, si videbitur Reuerendiss. P. M. Sac. Pal. Apost.  
Cæsar Fidelis Vicefger.

Imprimantur. Fr. Gregorius Donatus Rom. Mag. & Reuerendissimi  
P. Fr. Hyacinthi Petronij Rom. Sac. Pal. Ap. Mag. Soc. Ord. Præd.

ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANÀ  
BALTHASARIS MORETI.  
M. DC. XXI.




EX OFFICIO  
BATTI  
INIANA





OPRAWĘ WYKONANO  
w prac. labral konserwat.  
Biblioteki „Osolineum”  
Data 6.7.71 podpis *Stajkowski*



BIBLIOTEKA  
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

**20336**